

runt, ut castra a Carcanensibus custodirent. Pedites porte 1160. Cumane posuerunt ad Taxariam; que^a castra imperatoris a castris Mediolanensibus non distabant ibi, nisi quantum est iactum balliste. Celebrato itaque divino offitio et confessione facta et penitentia accepta, processerunt ad bellum cum carozero^b, quod in nocte fecerant. Pedites vero, quia intererat parum, statim ex eis^c quidam intraverunt castra imperatoris et ceperunt spoliare ea. Imperator cum vidisset eos oneratis spoliis, progressus est contra eos et de militibus et peditibus illis alios occidit, alios vulneravit, alios cepit, alios usque ad castra eorum fugavit. Carrocerum^d

Codagnelli Libellus tristitiae.

bant¹, et contra ipsum sepe et sepius deierati erant, et quod iniquissimum et gravissimum videtur et etiam deterius est, domno archiepiscopo et urbi Mediolani rebelles in quantum poterant pro imperatore existebant. Celebrato itaque divino offitio et confessione in publica concione facta et penitentia de delictis eorum accepta, agmina eorum in hunc modum construxerunt^e: In prima namque actie posuerunt omnes milites adholoscentes usque in XXXV^f annis, et fuerunt numero mille quingenti. In secunda vero actie omnes milites usque in L annis, qui fuerunt similiter mille quingenti. In tertia actie omnes milites seniores, viros nobiles et prudentes, cognoscentes temptare fortunam belli et docti^g bello, et fuerunt^h mille. Placentini quidem et Brixenses^{*p. 370.} milites in una selera iuxta populum, qui confortarent et manutenerent populum et auxilium prestarent populo ad carocium manutenendum et defendendum. Quo facto et ordinato, aselerati catervatim versus exercitum imperatoris perexerunt; non distabantⁱ enim ab expeditione imperatoris^k per^l medium miliare.

Cum^m autem appropinquassent iuxta castra imperatoris, tubis et aliis signis belli per partes sonantibusⁿ prelium incipitur. Milites vero adholoscentes primo prelium cum quadam magna selera imperatoris inhierunt. Certatur ab utraque parte gravissime et iniquissime; multi ab utraque parte de equis sunt proiecti et per campum hue et

a) quia corr. Merat. b) carozeno A. c) emendari; st. sex A. d) Carrocerum A. e) constituerunt P. f) sic P (quod probabilis videtur); XXXX B. g) sic B. h) numero add. P. i) sic P; distabat B. k) nisi supplendum videtur. l) p. m. mil. ex P suppl. des. B spatia dimittit lineae vacuo relicto. m) ECum B, littera E minus picta. n) sic P; sonates B; cf. 'N. Archiv' XVI, p. 273.

1) Cf. Gale, *Flamma, Chron. mai. l. l. p. 674*: certum est, quod castrum de Carcano est feudum archiepiscopi.